



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 59. Gregorius XII Papa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Cardinales, Regem Franciæ, ac reliquos Sæcul. XV.  
Principes, Præfulesque cunctos per lit- A. C. 1406.  
teras memorata omnia edoceat. Tres  
intra menses mittet, quo mittendos Col-  
legium facrum censuerit, Legatos cum  
potestate condicendi locum congressus:  
& utraque pars spondebit se inter pa-  
cis negotium non creaturam Cardinales  
novos. Has tabulas jurejurando, & sub-  
scriptis nominibus suis confirmarunt qua-  
tuordecim Cardinales.

## §. LIX.

## *Gregorius XII. Papa.*

Pridie Calendas Decembres Angelum *Th. Niem.*  
Corrarium Venetum Theologiæ Do-*l. 3. c. 1.*  
ctorem, Constantinopolitanum Patriar-  
cham honorarium, Cardinalem Presby-*Labyr. p. 38.*  
terum de S. Marco annos septuaginta *Leo Aret.*  
natum, tanquam Virum vitæ sanctimo-*Ital. p. 556.*  
nia, & antiqua severitate conspicuum  
una omnes voce cooptarunt, persuasum  
sibi habentes, illum Ecclesiæ pacem fi-  
de optima curaturum. E conclavi egres-  
sus tabulas, quas intus fecerat, liberri-  
me confirmavit: & qua coronatus est, *Th. Niem.*  
die orationem instituit, qua Cardinales, *c. 2. 12.*  
& Administros Curiæ hortabatur, ut  
cum ipso ad bonum id opus incumbe-

Pp 5 rent:

Sæcul. XV.  
A.C. 1406.

rent: Quamobrem summo perfusi gau-  
dio ubique Gregorii laudes etiam scripto  
divulgabant. Ipse identidem de suo con-  
cordiæ desiderio loquens asseverabat se  
velle congressus locum petere, etiam  
pedibus, & ope baculi, vel mari mini-  
ma in scapha sibi proficiscendum esset.  
Cardinales, & Curia de firmo ejus pro-  
posito haud dubitabant: timebant so-  
lum, ne minus diu viveret, quam  
ut illud exequi posset.



HISTO-